Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Dixit abbas euagrius. Magnum est quidem sine impedimento orare. maius autem est psallere sine impedimento. Vnde captiui ducimur in pec catis.

Dixit abbas theonas. quia impedit mens nra. et reuocat a contemplatione di. propterea captiui ducimur in carnalibus passionibus.

Venerunt aliquando quidam fratres temptare abbatem iohannem breuem. quia non dimittebat mentem suam diffundi in cogitationibus seculi neque loquebatur causam mundi hui. Et dicunt ei. Gracias agimus deo quia pluit multum in isto anno. et rigate competenter arboresque palmarum bene incipiunt producere ramos. et inueniunt unde laborent fratres qui solent manuum suarum operibus occupari. Dicit ergo eis abbas iohannes. Sic et aliquando spiritus sanctus descendit in corda sanctorum. uirescunt quodam modo. et innouantur et proferunt folia in timore di.

Dicebant iterum de eo. quia fecerit aliquando flectam ad duas sportas. et extendere eam in una sporta. et non intellexit donec iungeret pariter. Erat enim mens eius occupata in contemplatione di. Vt fugiam ad orationem.

Dixit iterum qui sup abbas iohannes breuisque